



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 58. Quæstiones examinandæ a Legato propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI.
A.C. 1546.

gatus Cardinalis funestum quid ex hac
Episcopi libertate veritus, hunc in mo-
dum respondit: *Cum tam humaniter id a
te ex me quæratur, libenter tibi facturus sum
satis: Mihi videlicet fuit in animo id agere,
quod non solum Legato, sed cuilibet etiam
Episcoporum liceret; id autem est, antequam
Decretum promulgaretur, illius mutationem
proponere, rei arbitrio Patrum suffragii
relicto. Quod autem spectat ad autorita-
tem, quam ibi Legati, ceterique Präside
obtinent, haud mihi ratio suppedit, pr
quam tibi tam cursim satisfacerem, cum so
tam late pateat, ut nequiret in pauca redigi.
Hoc generatim dicere possum; Effatum esse
apud Canonum Consultos, Legatis a Late
re licere, quidquid seu a voce communi, seu
a peculiaribus Pontificis iussionibus eisdem
non denegatur. Hæc Pontificii Präsidis
moderatio cum summo omnium applau-
su excipiebatur, omnesque ad articulos
in proxima Sessione pertractandos ani-
mum applicare cœperunt.*

§. LVIII.

Quæstiones examinandæ a Legato propositæ.

Pallav. I. c.
c. II. n. 4.

Post hæc Legatus præprimis Patribus
hæc exposuit: *Optimum mihi fatu
videtur, ut Symbolo tanquam primo fidei
fundamento jamjam stabilito nunc primo
loco*

ex hac
n mo-
er id a
us sum
agere,
t etiam
sequam
tionem
fragis
orita-
asida
, pr
um ta
redigi.
misse
Late-
i, seu
isdem
esidis
blau-
culos
ani-

ato

ibus
fatu
fidei
rimo
loco

locu recenseantur, ac recipiantur libri Cano- Sæcul. XVI.
ni sacrarum Literarum, quo certo consta- A.C 1546.
ret, quibus armis esset in hæreticos dimican-
dum, & In qua basi fundanda esset Fides
Catholicorum; quorum aliqui super ea re
misere angebantur, cum cernerent in eodem
libro a plurimis S. Spiritus digitum adora-
ri, alios ei contra digitum impostoris exe-
crari.

Hoc stabilito plures peculiares habe-
bantur Congregationes, in quibus tres
postmodum discutiendæ proponebantur
quæstiones, & primo quidem quæreba-
tur: *An omnia utriusque Testamenti volu-
mina essent comprobanda.* II. *An ea com-
probatio per novum examen peragenda.* III.
Fuit a Bertano ac Seripando propositum, an
expediret sacros libros in duas classes partiri:
alteram eorum, quæ ad promovendam popu-
li pietatem pertinent, & illius ergo solum
ab Ecclesia recepti tanquam boni, cuiusmodi
videbantur esse Proverbiorum & Sapientiae
libri, nondum ab Ecclesia probati tanquam
Canonici, tametsi frequens eorum mentio ha-
beretur apud S. Hieronymum & Augustinum,
aliosque veteres Audtores: alteram eorum,
quibus etiam fidei dogmata iunituntur. Ve-
rum hæc divisio a Patribus non fuit ap-
probata, minus vero a quopiam com-
mendata.